

suis fert, succurreritque in tempore ipsorum saluti. Vita enim, ut sit Aristoteles, actio est, atque ex motu polissimum cognoscitur. Et quorum nulla actio motusque appetat, ea mortua, aut certi languida torpentinaque esse censentur. Deus igitur cum sua efficientia gubernet modereturque omnia, et imprimit suorum cultorum sollicitudini subveniat, relictissimè, **¶**, virus, agilis, vegetus appellatur, quod divinus vates significabat, cum caneret psalm. 121, v. 3 et 4: *Nos permittemus, ut per nos labacemus; non dormitabit, qui custodit te; ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israhel.* Nam etsi idem quoque virus, imo vita ipsa recte nominetur, quia per ipsum omnia vivunt, et mouentur, et existunt, ut ait Paulus, tamen ea, quam dixi, notatio presenti loco servit.

Multa disputant sunt etiam ab Hebraeorum philosophis, quos Cabalistas, quasi qui à majoribus traditam per manus doctrinam acceperint, appellant, de iste Dei nominibus, *El Hai*, cum multis in locis aliis, tunc in eo etiam libro, quem *Portam lucis* inscriperunt. Hie enim scribunt, *Jehovam*, quem deus Patrem dicimus, invocatum appellatumque hoc nomine, *El Hai*, largiri per, *Adonai*, hoc est, per Dominum, quem nos appellamus *Filiu*, benignissime cum cetera, quae opus sunt, tum vitam incolument, et ab hostibus tutam, adductum, idem imperatorem Josuam, hoc loco nomen istud, **¶**, ussurpasse, ut suorum animos eius commemoratione redderet de ferociissimis hostibus, quos adibant securos.

Sed revertantur ad contextum. Illud, בְּרַכְבָּרְכָה, quod convertimus, *in medio nostri*, recte etiam reddatur, apud nos. Nam, בְּרִיךְ, à verbo, בְּרִיךְ, proponitatem propriè significat. Quae porrò sequitur verbū geminatio, expellendo expellit, continuatas alteram post alteram victorias promittit. Est autem observatum, verbum hoc, בְּרִיךְ, si subjicatur ei, בְּרִיכָה, hoc est, à facie, sive è conspectu, tum significare, possessione depellere atque dejeccere; ceteroqui verò, possidere, aut si forma hiphil inflectatur, mittere in possessionem. Sed enim ista de expellendis septem gentibus Dei promissa esse aliquando ad rem collata, docet hoc nostrum commentarium, et testatur Paulus, cùm Antiochies Pisidianis sit loquitus pro concione Act. 15, 19: *En deletis septem gentibus in terra Chananā, hæredes terræ illarum feci ipsos (Israelitas).*

Sed dicit aliquis: Abrahā promiserat Deus decem gentium possessiones; non ergo promissorū munus plenē conficiūt expellē-

dis gentibus septem. — Verum expedita est responsio, Josum de iis agere possessionibus, quas ipse esset Israelitis distributuris, hoc est, quae ultra Labo Hemath non jacebant. At in illis liberalioribus promissis locis omnia esse, ad Euphratēm usque, de qua re memoriam repeatetor, quae sunt à nobis prolixè disputata ad versiculum quartum capituli primi. Praeterea septem iste gentes aliquando pluribus, aliquid paucioribus nominibus significantur, ut suis locis monebimus. Nam in populosissima regione familiis habitationes diversas plurimas, est credibile. Neque verò casuum semper iisdem esse appellatas nominibus, certum est. Qui enim in Abrahamico foderū discutunt *Raphaim*, videntur à Josuā jam vocari *Hebrei*. Quarum appellationum rationem alibi explicabo.

VERS. 11. — *Ex arca foderis, dominus universus terre prexit, etc.* Latinus, Gracos sequetus, ut solet libenter, convertit hunc locum sic: *Arca foderis Domini universa terra.* Quin Aquila quoque, et Symmachus casu gignendi sunt usi; ille enim, κατέβασε, hic δένεται, redditum, verum appositiū, ut locutus grammatici, harerē nomen, בְּרִיךְ, dominus, cum præcedentibus, patafet accentus, aut interpunctio, בְּרִיךְ, Zakeph, insistens verbo בְּרִיךְ, foderis, lectionisque cursum sistens. Habet enim inter eos accentus, qui regum nomine dignantur, vim pause maximam, post Sophusae, et Athymū, ut arca sacra Deus vocetur, satis multis est à nobis, supra, v. 3, confectum. Verumtamen si quis Latinum et Gracos sequi malit, is cum Davide Kimhi existimet, nomen Aron, hoc est, *Arca, אֲרוֹן קָדוֹשׁ*, repetendum esse, quasi sic scriptum sit: *Ecce arca foderis, arca Domini universa terra*, aut si mavult, putet verbum, בְּרִיךְ, esse ipsi sensu iterandum: *Arca foderis, quod fadus est Domini universa terra.* Quanquam tanti esse nobis accentus non debent, quos priscis temporibus nullus fuisse etiam Judei fatentur, ut veterum interpretum, bonas aliqui, et probas sententias, verbisque sacris consentaneas satis refellant. Ceterum appositissimè ad rem nominat imperator arcam, Dominum universa terra, ut penitus omnem ex animis populi non dicam diffidiam, sed hasitationem eliminet. Quis enim dubitet cum, qui omnium rerum Dominus est, omnianque habet in manu, atque gubernat, et moderatur, posse ipsam quam condit aqua naturam, quamque ei impositu legem, ad breve tempus, vel mutare, vel certe suspendere?

VERS. 12. — *Nunc ergo legite vobis duodecim viros, etc.* Hic versiculus interrupit narrationem miraculi ordinem cursumque, essetque illi dilucidior, si proximus is versiculum sequeretur. Significat autem, Deum, cùm imperatori patafet traducendi populi rationem, simul id iussisse quoque, quod initio proximi capitis memorabitur explicatus.

VERS. 12. — *Nunc ergo legite vobis duodecim viros, etc.* Hic versiculus interrupit narrationem miraculi ordinem cursumque, essetque illi dilucidior, si proximus is versiculum sequeretur. Significat autem, Deum, cùm imperatori patafet traducendi populi rationem, simul id iussisse quoque, quod initio proximi capitis memorabitur explicatus.

VERS. 13. — *Et futurum est, ut simul atque quiescent plantæ pedum, etc.* Supra dixit arcam, sive Deum, quem arcam, ut appetibile signum, representabat, praetutum in Jordānum populo. Jam verò quid tum postea futurum sit, exponit, nempe simul atque arcam portantes humeris sacerdotes institerunt in aquis, eas quae infra sunt, excusim iri, hoc est, ablatum ex auge, sive, defecturas. Nam superiores subsistunt in acervum collecta, et tanquam utre contente. Itaque dum inferiores prono cursu labentur in mare Mortuum, necesse erit vadi illiō nudari. De inferioribus enim accipienda sunt illa verba: *Aqua Jordani excindunt, sive deficient.* Copula autem, quae verbo נִזְבֵּחַ præposita est, sensu ipso collocatur ante nomen, בְּרִיךְ, aut est, ut opinatur Rabbi Isaías, supervacana. Eset quidem, ut videtur, haui incommoda interpretatione loci istius, hoc: *Aqua Jordani excindunt, aquæ, inquam, illæ, que ex supero descendunt, et subsistunt cumulo uno.* Idem enim prorsis efficit, nempe augeum inferiorem excisi. Nam dum superiores aquæ, tanquam mole imposita, dividuntur ab inferioribus, haec verò libero cursu defluunt in Asphaliitem, plane consequens est, ut inde à subsistentibus superioribus, ad lacum usque denudentur vada. Verum verbum, בְּרִיךְ, hic non secari, aut discedi, sed excendi, hoc est, auferri, perdi, aboliri, sive deficeri, ut reddidi Chaldeus, significare ostendit versiculus decimus sextus, apud quem de his plura sumus dicti.

VERS. 14, 15, 16. — *Factum igitur est, cum discenderet populus à textoris, etc.* Que post versum sextum adhuc dicta sunt, quasi interpositio quadam, interruperunt narrationem, ea autem jam continuatur, ad hunc modum: Cū sacerdotis, recepta in humeros arcā, per medianam multitudinem sese conferrent versus ripam Jordani, populus, ut erat jussus, relictus suis tegulariis, sese comparabat ad sequendum, suo quisque ordine, arcam, fluviumque transmittendum. Ubi porrò illi cum arcā ad fluvium pervenissent, qui id tempore plenissimo auge inundat, simul atque pedes incergere

in aquas corpore, quatenus procedebant, catenus ille quæ supra erant, quasi aggere cohibita, sistebantur, atque usque eō coacervabantur, ut magno cumulo retrò, ad urbem Adam usque exstarent. Quæ verò infra erant, ea faciliter et prona fluxione abripiebantur in mare Salsum. Itaque paulatim evadentes sacerdotes propè ad oppositum ripam usque, sensim superiorum aquarum sistebarunt cursum, et delaben- tibus inferioribus, vada paulatim exticabant. Ac tunc denique, cum illi, quā latè patebat auge, vada, pedetentem progressi, denudassent, et juxta oppositam ripam instituerent, jamque circiter his mille passibus populum præcessissent, hic, quo solebat ordine, iter facere per desertum, subsequi sacerdotes per siccum flumen caput, atque in Chananeam transire, et quidem è regione urbis Jerichonis, hoc est, qua erat ad Jerichonem ab Jordane brevissima via. Solent quidem plerique, et in iis etiam Talmudici, opinari, sacerdotes, qui arcam sustinuerunt constitisse apud eam ripam, ex quā in flumen descenderant; quidam etiam progressus fecisse ad medium usque augeum, atque ibi instituisse. Sed nobis, quod modò diximus, et similius vero, et universe narrationi congruentius esse videtur, cùm ob alias causas, quæ proximo capite afferuntur, tunc maximè quia illi præcedere populum circiter bis mille passibus intervallo jussi fuerant, quod de alvei latitudinis spatio esse accipendum, supra conficie sumus conati.

Cæterum hic sece factis ostendit egregia illa sacerdotum fides, quam ad versiculum sextum laudabamus, cùm non dubitent, plenū raptimque annem pedibus tentare, solum promisorum Dei fiduciā, quæ non quidem ipsi adierant, cùm ex oraculo sacro oderentur, sed ab imperatore modò relata perceperant. Similiter, quale sit sacerdotum non ignororum munus, declaratur; nempe arcam foderis divini, hoc est, celestem illum thesaurum sacre doctrinae, et verbi Dei, præferre profano populo, cùm sincerè interpretatione explicationeque, tunc proba vite exemplo. Neque ab his rebus agendis deterri illis quantumvis altis aquis, hoc est, rebus tristissimis, atque tribulationibus, sed obstaculo omnia fortiter perrumpere, divinarum promissionum fiduciā, populo viam ad celestem hereditatem adeundam patafere. Porrò illa interpositio: *Jordani autem innat super totas ripas suas per omnes dies messis*, cùm miraculum ipsum, tunc can, quam modò dicebam, sacerdotum fidem co-

stantiamque non mediocriter amplificat atque illustrat. Nam quō auctiora sunt flumina, cō et rapidiora et turbidiora flumunt; ac proinde difficultus ullis machinamentis cohibentur, periculosisque ipsorum vada cœta, et non asperitabilis tentantur. Sed Dei consilio vis nulla obstire potest; et sancta fides in turbidissimis rebus sese sustentat; atque in obscurissimis maximè illicet.

*Dies messis cum primo mense incipiunt;* quod propter illi mensis spicas maturas, vocatus est in Exodo. Nam in Paralipomenis scriptum exstat, Jordane mense primo inundare solere super ripas suas. Voco autem mensem primum, quem Hebrei appellant *Nisan*, hoc est, eum, quo Pascha quotannis celebrare, ob felix auspicium *Egypti*, sancitum lege divinā erat. Eum enim mensem Deus ipse pro primo, et anni initio habere jussit, ut sanctior esset memoria beneficij, quo illi Israëlitæ duriSSimâ servitute ægyptiacâ asseruerat in libertatem; que libertas ipsi quasi vite initium esse videbatur, cūm ante servitutem vel ipsa morte gravioreservissent Barbaris.

Cæteroruī primū mensem vocant Iudei, qui ab hoc septimus est, cūm eum putent conditi orbi fuisse principium. Unde et verbo Chaldaico *Tisri*, cum appellant; est enim, *Tisri*, Chaldeis, initii vocabulum, à verbo, τίσσω. Inchoat autem mensem *Nisan* nova luna ea, quam nos martio nostro attribuiimus; *Tisri* vero, quam septembri. Cæterū martio mense calidioribus illis regionibus mactescere solere fruges, testata sacris litteris res est. Jubetur enim populus, in Levitico, quotannis, dum Pascha facit, messis arvis, novarum spicarum offerre manipulū sacerdoti, vetaturoque ante frugibus horis vesci, quām illi primitiis oblati, atque coram Deo religiose à sacrificio agitatis, universæ fruges omnes, quasi communicata cum omnibus primiutorib⁹ illa consecratione, Deo veluti dedicata sint. Sed cur eo tempore inundare solitus sit Jordani, creditible est, liquefentes, verno tempore, in vicinis montibus nives in causā esse. Nam id Euphrati Tigridique accidere, in scriptis reliquit Jesus Sirach. Eccl. 24.

Porrò observandum est, pro eo, quod versu decimo tertio dicebatur: *Sicut atque quiescent plantæ pedum sacerdotum in aqua Jordani, hoc loco scriptum esse: Dium mergerentur pedes sacerdotum in extrema aquaram.* Nimirū illie semel et strictim, atque una complexione ob oculos ponebantur et nudatum inferius vadum, et tanquam obice uno repulse è supero affluen-

tes aquæ, cūm jam tum constitissent juxta ri-pam ulteriorem fluminis sacerdotes; hic vero, ut paulatim à proximā ripa in adversam usque superiorē aquæ in cumulum cogi, inferiores vero curriculo auferri, vadaque exsiccari ceperint, quatenus proximam quaque fluminis partem pedetentim procedentes illis pedibus suis contingenter, deseribuntur.

Illi porrò, acero uno, alter redditum ab aliis est. Chaldaea enim, utre uno, dixit, aīque etiam Symmachus, ἔτοντα τι, quasi sci-licet ab inflato distentoque utre similitudo da-tatur, aut ita coacta aquæ constitent, tan-quam magno utre fuissen conclusæ. Sed mihi ista positio, cūm utrem significat, per quartam ferè vocalem scribi visa est, τὸν Νῶν; cūm autem cumulum, per secundam, τὸν Νεδ. Quan-quam non ignorare esse, ubi, τὸν Νεδ. Septuag. ἔτοντα sunt interpretati. Sed illi vocalium observationi operam nullam dedisse videtur, quarum fortasse nullæ erant eo tempore note.

Quod sequitur: *Longo admodum tractu ab Adam urbe, sita ad latus Sarthan, sive, in Adam urbe (nam utroque modo in exemplaribus scriptum inventetur), id hanc habet, meo certe, iudicio, sentientiam quod repulse ab arce Dei presentiam aquæ è supero affluentes, tantù mole coacervabant, cūm continuū novae prioribus supervenient, ut ea molles ad urbem Adam usque, que prop̄ Sarthanam sita erat, hoc est, ad usque Genesaram continuo tractu existaret, sive, quod perinde est, ab urbe Adam, usque ad hunc trajectionis locum. Sed aliter interpretantur Iudei; Chaldaeū, ut libenter solent, seculi, nempe aquas eas que supra erant, ita in cumulum unum, proxime ad eum locum, ubi traciebant Israëlitæ, fuisse collectas, ut procul inde ab oppido Adam, vicino Sarthanæ, remarentur: neque propriū illud alluerent quām tunc, cūm usitato cursu intra alveum suum delaberentur; quod oppidum aliqui facile, tantù mole restabant, taundassent, si non cumulatum congeste constitissent, sed pro liquidi naturâ, diffusissent. Atque ab hinc sentientia hanc abhorre videtur translatio Septuag. interpretationis, nisi, quod ea longum constitutat inter urbes Adam et Sarthanam intervallum; quas urbes hebreæ verba inter se vicinas collocant, atque adeo Adam, ut ignobile oppidum, Sarthanæ confine designant. Nimirū illi interpreti pro voce, τὸν, quaer urbanum significat, videntur legisse τὸν, cūm ioc, hoc est, usque ad, reddiderint. Nam montis vocabulum, τὸν, quod apud eos quoque*

nullo sensu, legitur, equidem opinor olim ab hemine non minus temerario quam imperito. In margine scriptum, qui putabat priorem syllabam verbi, πέντη, montem significare; tandem librarium errore in ordinem sacrorum verborum esse relatum. Esse autem mendum hoc perverstum, argumento est, quod et Latinum, et eo longè antiquiore Syrum felellatur. Atqui aquas è supero adlantes non con-surrexisse in alissimum unam molem quasi in montem angustum, aut murum in celum adi-dicatum, que moles proximè ad tracieundi locum extiterit modo, atque inde quām longissimè spectabilis fuerit, ut opinatur Latinus, aut procul absurbit ab urbe Adam, ut Judei putant, sed inde repulsas aversasque retrò per arce sacre presentiam, sensim crevisse usque ad Genesaram lacum, prop̄ quem sita erat urbs Adam, sic tamen, ut quāvis allè supra riparum crepidines existarent undæ, tamen non dispergerentur, sed tanquam gelu con-crete coacteque, non amplius quām alvei sui spatium occuparent, atque ita fuisse unam con-tinuum aquarum molem, non quidam lacum, sed longam, à loco, in quo traciebatur, usque ad oppidum Adam, cūm ipsa verborum simpli-cissima, cōquè verisimillima compositio ostendit, tum sacri vatis est verbis consentaneum, quibus canit Jordanem aversum retrò esse.

Cæterū Adam esse Tiberiadē stagnū vicinā urbi, ostendit Sarthan, apud quam colloca-tur. Erat enim Sarthan in ultimis finibus agri Bethsanitici, aut Seythopolitani, qui fines ab Tiberiadē pertinebant. Nam in Regum historiā, ubi in Bang, filii Ahiudis prefe-rentur descripta limites Seythopolitanae di-tionis undeque designata, opposita est Jezrael Sarthanæ. Jezrael autem Seythopoli erat ab occidente: conficit ergo eidem Sarthanam fuisse ab oriente; jam vero quod lacus illi Seythopolitanum regiōnem ab oriente ter-minaverit, aperta res est. Sed adscribam ipsa ex Regum historiā verba quām poterō explicatissimè: sunt enim aliqui obscuriora. *Bana,* inquit, filius Ahiud (hic suggerit, præfectum aegobat in) Taanach et Megiddo, atque per universam Bethsanis regionem, que porrigitur usque ad Sarthanam, ex eo loco, qui est *sub Jezrael:* et rursus à Bethan usque ad *Abel-Meolan*, et usque ultra Jecmaam, etc. Erat igitur Seythopolis veluti media inter Jezaelem ab occidente, et Sarthanam ab oriente, atque inter Abel-Meolan meridionalem, et Jecmaam aquilonarem. Sed de istis urbibus

erit alijs dissensuī locus. Quid autem in mem-tem venerit illis viris, qui sacra biblia in ger-manicam lingua traduxerunt, (¶ Lutheri nomini inscripserunt, ut verbum δέν, hic non urbem, sed homines significare existimarent, nescio. Certe per grammaticorum leges id illis minime liebat.

Sequitur porrò in sacra historiā, quid factum sit illi aquis, quae traciebantur sacerdotibus orant à sinistris, nimis illi cūm prono alvo decurrerent in mare Mortuum aut Salsum, neque ex supero illic succederent in deflu-entum locum, mox prorsus absuntæ atque ablante sunt in illum lacum; et quidem, ut ego certè opinor, celerrime, cūm earum cursus naturalis divinæ potentia, ob arce presen-tiam, vehementer incitaretur, atque id signifi-catum etiam esse verbo illo, ἐξειδι, arbitror; tam enīcias eis subtū defluxisse, ut quā terrā deliscente absorptæ atque ablante vide-rentur. Ceterū illud δέν, quod nos traduximus, mare planicie cum Chaldeo, in-terpretatus est Symmachus, Mare solitudinis, hoc est, τὸν ἔτοντα, cūmque secutus est Latinus, at Septuag. et Aquilas hebraicam vocem araba, quasi propriam loci appellationem re-dinuerunt. Potest autem à planitiē nomen habere, quia quā nōne occupat loca, fure oīni campi amoenissimi, et quae cūm Paradiso Dei poterant comparari. A solitudine vero, quia post memorabilem omnibus sculis quinque urbium deflagrationem loca circumquaque vi-cina, tetro virosarum aquarum vapore et halitu, quali ille perpetuo fumant, ita continuo infi-ciuntur, ut penitus steriles, atque hominibus simul et pecudibus alienis infesta, sola maneat. Mare autem Salis, vel Salsum dicitur, propter salislaginem, quam gustata habet. Nam igneū illum imbre, quo Dominus scleratas civitates perdet, non ex solo ardente sulphure, verum etiam admixto sale com-positum fuisse, sacris literis proditum est. Legimus enim in Deuteronomio, cap. 19, v. 23 et seq.: *Et videbant clades terra illius, atque morbos, quibus ipsam afflit Domini, sulphur, et sal urens per universam terram.* Non seminabitur, neque proferet quidquam, aut illa herba in ipsa exsurgit, qualis fuit eversio Sodome et Gomorræ, etc. Et vero uxor Loti, dum viliōs curiositate pluviam illam non effugeret, in salis statuam est conversa. Si quis tamen existimare malit, à fodiis salis, quae illis locis manserū, mare ipsum Salis esse vocatum, non pugnare contra. Nam memini va-

tem Sophoniam cap. 2, v. 9, dicere: *Quoniam Moab ut Sodoma erit, et Ammonita ut Gomorrah; promptuarium spinarum et fodine salis, vastitasque aeterna, etc.* Sed de hujus lacus magnitudine et natura, cùm multa scripsérunt multi, tum imprimitis accuratè et diligenter Josephus de Bello iudaico, lib. 5, c. 5, et Tacitus Annalibus libro 21, nonnulla etiam Strabo lib. 16, apud quem tamen in vulgaritatem certè libris Sirbonis, pro Asphaltite, librari errore, legitur, et nobis quoque erit alio loco de isto sive mari, sive lacu disserendum, quapropter hoc unum modo monebimus, ex istis sacris verbis aperitè refelli eorum dicta, qui Jordane negant laudatissimas suas aquas cum fœtidis hujus lacis commiscere; ante enim sub terram se condere, tam insuvam conjunctionem confusionemque dedigatum. An autem subttereaneis meatus se rursus inde subducatur, in Eleniticum Rubri mari sinum penetret, quod à nonnullis proditum est, equidem obscurissimum esse puto, et cognitionem habere difficillimam. Ceteri propalam non effluere, id argumento est, quid cum Israelite, cùm ex Cades versus torrentem Jared contendentes, inter Eleniticum sinum et Asphaltitem iter facerent, nusquam transvisse memorantur. Sed revertantur ad miraculum exsiccati fluminis, idque cum divisi mari Rubri miraculo conferamus.

In Exodo scriptum est, per mare Rubrum Israëlitæ iter patuisse, cùm excitato ab oriente vento vehementiore ejus aquæ fuisse didicte atque disjectæ; at hic nulla fiantis venti mentio est. Neque enim dividere fluminis undas opus erat, cùm cohabitibz superioribus, inferiores subiecte naturâ delaberentur. Illic (nondum ita habebatur sacra arca) extenta, quam Deus Mosi dederat, virga aqua à dextris et sinistris alti milibus, tanquam fluxe sue naturæ oblitus, cogebat consistere, et veluti suspendebat. Sed utrobique non quæ oculis aspertabilis erant virtutis Dei instrumenta, verum ipsa illius divina potentia, nobis est consideranda, et grato animo amplectenda bonitas, quæ tam benignè nos per illiusmodi ostenta, ad se admirandum, amandum, colendum, hoc est, nostra ipsorum felicitati et saluti consendum, invitat et alicet. Et sane nisi mirificè

nostra nos vitiositas occidet, et quibusvis rebus potius, quam Dei operibus perpendicularis judicandisque distingueret, animadverteremus quotidie nihil illis minora miracula, que nos meritò ad suspicendum, reverendumque celestem nostrum parentem inducent. Ecce enim quotidie suspensa sublimè in aethere aquas videmus, nec nullæ guttulas distillantes, nimirum ut terram fecundent, non obruant. Quotidiè vastissimæ mole mare impetu fremente litus feri humile, neque id firmum, atque solidè compactum, sed ex arenâ modò tenetur leviterque congestum, et tamen tanquam à presente. Dei numine frenatum, ibi in scipsum reciprocatur, quantumvis furens, atque tumultuans, sistiturque. Sed, quo nostra est vesania! facilius ista nature ipsi, quam naturæ parenti atque opifici Deo adscribimus.

Sequitur in ordine sacramorum verborum: *Trajiciebat autem populus è regione Jerichonitis.* Nempe postquam sacerdotes cum arcâ ad ripam usque adversam progressi essent, jamque patefactæ per aquas, quâna latus erat alveus, viâ, instituit, copit populus subsequi, inquit Chananeam trans sicutatum flumen ire, ut proximo versu dicetur explicatis. Septuag. interpres, pro *trajiciebat*, reddiderunt, *stabant*, nimirum illi aut pro verbo, *τάβαν*, quod trajicere est, legerunt, *τάβων*, quod, *stabant*, significat, litterarum quâdam similitudine errantes, aut, quod ego credere malo, trajicere, pro intentum ad trajicendum stare, accepunt, cùd quod animadverterent, ipsum trajectum proximo commemorare versu. Ceterum illud, è regione Jerichonitis, significat trajecisse populum omnem per eam Jordani partem, que proxime erat Jerichoniti objecta, quam equidem partem opinor deinde appellatum esse ab hac trajectione, *Bethabara*, nimirum ubi divus Joannes baptizatus; mendosè enim *Bethania*, locus ab aquis remotus, in quibusdam exemplaribus, meo certè iudicio, scriptus est. Et profectò aptissimè in rem cedisse existimandum est, neque sine nota consilioque divino ut quo loco sacer Baptismus primus, isto trajectu, fuerat adumbratus, eodem quoque primum perficeretur. Memo-rantur autem idem trajecisse Israëlite è regione Jerichonitis, ut intelligamus, quanvis vade inde ad mare Mortuum usque delapsis aquis nudata fuisse, tamen multitudinem omnem, non tumultuosè et temerè, ubi cuique libutum esset, verum servato ordinem transiisse, quæ arca precesserat.

VERS. 17. — ITAQUE SACERDOTES BAJULI ARCE FIDELES DOMINI STABANT IN SICCO, etc. Non sat erat viam fuisse patefactam, nisi aperta mansisset, usque èd dum universi trajecissent. Igitur iste versiculos ostendit, bajulos arcæ sacerdotes, cùm suo, ut diximus, progressi à proximâ ripâ ad oppositam usque aquas superiores suspensos, atque advenientes inferioribus, alveum usque ad mare Mortuum exsiccassent, tum intra ipsum alveum, juxta ripam adversam, instiitisse, neque in eam conces-sisse, prinsquam multitudine universa evasisset in Chananeam. Nimirum tantisper dum in fluminis alveo arca manebat, albentes ex superiore unde, tanquam Deum præsentem conspexissent, retrocedebant, ut canit sacer Va-tes psalm. 111; simul atque vero flumen illa fuit clata, quasi remoto obice, redierunt ad natum, consuetumque fluxionem, ut proximo dicto capite.

Septuaginta et Latinus sic interpretantur illud hebreum verbum טבָנָה, quasi in medio Jordani institerint sacerdotes, in trajectu; atqui טבָנָה Hebreis, non median rei partem significat, sed quod intus in re ipsâ est, sive in medio, sive in orâ aliquâ, atque extremitate hereat. Talmudicos verâ, qui juxta priorem ripam mansisse cum arcâ sacerdotes somniant verius, quâna judicant, proximo capite refellendi locus erit. Porro illud parando, perinde est ac si dicat, parando multitudini commodam trajectiōnem. Suâ enim illi morâ, ut diximus, refrenabant superiores aquas. Sunus autem infinitum verbi טבָנָה sic interpretati cùl-habentius, quod proximo capite planè cam habeat notionem. R. Isaías, vir sane doctus, interpres, *fignendo*, pedes suis videlicet, nec absurdè; at ceteri Judei, Chaldei, ut solent, sequentes, quasi patiens illud verbum sit, explicant in hanc sententiam: *Stabant fixi firmique, et certâ stabilique ratione dispositis pedibus nisi.* Aquilas quoque, et Symmachus ἐπειγόντες converterunt, hoc est, *parati*; quos videtur imitatus Latinus, cùm, *accincti*, diceret. Nam à Septuag. est illud verbum omissum. Atqui insolens est, ut forma tercia, quam hiophil vocant, patiendi notione verba afficiat. Quod subiicitur: *Donec finivissent omnis gens trajicere Jordānem, haeret verbo stabant.* Latinus, nisi mutius est hic locus, hoc planè praetererit, quod sane minimè oportuit. Efficit enim, ut intelligamus, ex tantâ hominum multitudine, nullum vel infimè atque abjectissimum sortis, quique Israëlite nomine vix dignus

censeri posset (hoc enim *τί*, hoc est, *gentis*, vocabulum significat, opinor, quod aliquip haud temerè de Israëlitis solet dici) nullum, inquam, omnium esse relictum; sed patientissimè omnes ab arcâ, quasi Deo ipso, esse exspectatos, ne ab incurientibus Jordani undis cujusquam transitus in optatissimam felicissimam terram impeditretur. Quippe tantus est Dei erga humanum genus amor atque benignitas, ut nullum omnium perire velit, sed omnes salvos esse cupiat, neque alacres modò conatus adjuvet nostros, sed etiam admirabiliter patientia nostram socordiam ignaviamque tolereret.

Quapropter tam longâ saltem, et prolîxâ patriæ indulgentiâ invitatos pudeat aliquando nos neglectæ propriæ salutis. Properemusque, dum trajiciendi in terram viventum via nobis patet, dum tempus est *acceptum*, ut vocat Paulus 2 Cor. 6, 2, hoc est, dum nos Deus benignè adhuc respicit, et dies durant salutis. Ne ille nostra tandem morte pertinet, benignum vulnus suum subducat, et suo simul discussu, suspensas adhuc maximas gravissimas peccatorum nostrorum undas in nos ingruere sinat, quibus deinde mersi atque obruti a fedissimum inferorum lacum abri-piamur.

Sed enim opere pretium est, hic paucis explicare, quâna luculenter in istâ Josue historiâ adumbratur sit Jesus Christus. Moxio Moses Ingent Israëlite dies trinita. Nempe cùm iam tempus adesset ultimorum dierum, hoc est, טבָנָה, ut vocant sacre litteræ, et Messiae tempus, ut interpretantur Talmudici, Mosisque lex, quæ Mosis nomine saepe significatur, tanquam sepulta, jaceret, negligenterque, neque ferè alia doctrina, quâna humane traditiones, et ineptissima διατριψη, in Ecclesiâ Dei audiarentur, lugebat populus Dei, nullius sacri vatis consolatione recreatus, donec tandem miseritus suæ Ecclesie, clementissimus Pater Deus. Filium sum unigenitum surgere jussit, et ducis Jesu persona sumpta, opulum una secum per Baptismi Jordânum, in promissam celestem patriam trajicere. Tunc mox Joannes divinus paoeo, et monitor populi strenuissimus, omnes ut se compararent ad transeundum cum Jesu Jordânum, hoc est, omnes ad eum baptismum, quo Jesus per spiritum sumum sanctum ipsos erat baptizatus, hortabatur. Porro triduo deinde precessui Joannis clauso, Jesus ad Jordânum a Deo Patre honore tanto, in oculis universi Israëlis

amplificabatur, ut intellegent omnes, eum eum ipso esse, et quidem multò conjunctius quam fuisse cum Mose, cùm sic eum alloqueatur è celo Matth. 17, 5 : *Tu es filius meus charissimus, quo unice delector.* Quamvis enim divina gloria ex aequo cum Patre abundasset illi ab æterno, ante conditum orbem, tamen oportebat eam gloriam nostrâ etiam causa patet, ut ipsius imperio atque præceptis essemus obsequientes, ut de nostro Josua quo-

## CAPUT IV.

1. Quibus transgressis dixit Dominus ad Josue:

2. Elige duodecim viros, singulos per singulas tribus :

3. Et præcepit eis ut tollant de medio Jordanis alveo, ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum ubi fixeritis huc nocte tentoria.

4. Vocavitque Josue duodecim viros quos elegerat eis filii Israel, singulos de singulis tribubus,

5. Et ait ad eos : Ite ante arcem Domini Dei vestri ad Jordani medium, et portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, juxta numerum filiorum Israel,

6. Ut sit signum inter vos. Et quando interrogaverint vos filii vestri eras dicentes : *Quid sibi volunt isti lapides?*

7. Respondebitis eis : Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fæderis Domini cùm transiret eum : idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel usque in æternum.

8. Fecerunt ergo filii Israel sicut præcepit eis Josue, portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides, ut Dominus ei imperiarat, juxta numerum filiorum Israel, usque ad locum in quo castramenti sunt, ibique posuerunt eos.

9. Alios quoque duodecim lapides posuit Josue in medio Jordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes qui portabant arcam fæderis ; et sunt ibi usque in presentem diem.

que diximus. Itaque per ejus arcæ presentiam, in qua habitabat tota divinitas corporaliter, consecrate deinceps aquæ, aditum cuivis ad promissam illam coelestem hereditatem dederunt, quem modò Jesu imperio parecent, trahicere illuc non pigeret. Sed haec hactenùs. Facile enim erit pùis philosophis ab his rudimentis profectis commentari meditarique prolixè certa eodem pertinuita.

## CHAPITRE IV.

1. Après qu'ils furent passés, on exécuta ce que le Seigneur avait dit à Josué en ces termes :

2. Choisissez douze hommes, un de chaque tribu ;

3. Et ordonnez-leur d'emporter du milieu du lit du Jourdain, où les pieds des prêtres se sont arrêtés, douze pierres très-dures, que vous mettrez dans le camp, au lieu où vous aurez dressé vos tentes cette nuit.

4. Josué appela donc douze hommes qu'il avait choisis d'entre les enfants d'Israël, un de chaque tribu ;

5. Et il leur dit : *J'ai défendu au peuple d'approcher de l'arche ; pour vous néanmoins, allez devant l'arche du Seigneur votre Dieu au milieu du Jourdain, et que chacun de vous emporte de là une pierre sur ses épaules, selon le nombre des enfants d'Israël,*

6. Afin qu'elles servent de signe et de monument parmi vous. Et, un jour, quand vos enfants vous demanderont : Que veulent dire ces pierres ?

7. Vous leur répondrez : Les eaux du Jourdain se sont séchées devant l'arche de l'alliance du Seigneur, lorsqu'elle passait au travers de ce fleuve : c'est pourquoi ces pierres ont été mises en ce lieu, pour servir aux enfants d'Israël d'un monument éternel, qui leur rappelle le souvenir de cette merveille que Dieu a faite en leur faveur.

8. Les enfants d'Israël firent donc ce que Josué leur avait ordonné. Ils prirent du milieu du lit du Jourdain douze pierres, selon le nombre des enfants d'Israël, comme le Seigneur le lui avait commandé, et les portant jusqu'au lieu où ils campèrent, ils les y posèrent.

9. Josué mit aussi douze autres pierres au milieu du lit du Jourdain, où les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance s'étaient arrêtés, et elles y sont demeurées jusqu'aujour d'hui.

10. Sacerdotes autem qui portabant arcam stabant in Jordani medio, donec omnia compleverentur quæ Josue ut loqueretur populum præceperat Dominus et dixerat ei Moyses. Festinavique populus et transiit.

11. Cumque transissent omnes, transiit et arca Domini. Sacerdotesque pergebant ante populum.

12. Filii quoque Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse armati præcedebant filios Israel, sicut eis præceperat Moyses;

13. Et quadraginta pugnatorum millia, per turmas et cuneos, incedebant per plana atque campestria urbis Jericho.

14. In die illo magnificaverat Dominus Josue coram omni Israel, ut timerent eum sicut timuerant Moysen dum adviceret.

15. Dixitque ad eum :

16. Præcepit sacerdotibus qui portant arcam fæderis ut ascendant de Jordane.

17. Qui præcepit eis, dicens : Ascendite de Jordane.

18. Cumque ascendissent portantes arcam fæderis Domini, et siccam humum calcare copiissent, reversae sunt aquæ in alveum suum, et fluebant sicut ante consueverant.

19. Populus autem ascendit de Jordane decimo die mensis primi, et castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam urbis Jericho.

20. Duodecim quoque lapides quos de Jordanis alveo sumperaserunt posuit Josue in Galgalis,

21. Et dixit ad filios Israel : Quando interrogaverint filii vestri eras patres suos, et dixerint eis : Quid sibi volunt lapides isti ?

22. Docebitis eos, atque dicetis : Per arcentem alveum transivit Israel Jordaniem istum,

23. Sicante Domino Deo vestro aquas

10. Or les prêtres qui portaient l'arche se tenaient au milieu du Jourdain jusqu'à ce que tout ce que le Seigneur avait commandé à Josué de dire au peuple, et que Moïse lui avait dit, fut accompli ; et le peuple, effrayé de voir ces eaux suspendues, se hâta et passa le fleuve le plus vite qu'il lui fut possible.

11. Et après que tous furent passés, l'arche du Seigneur passa aussi, et les prêtres du Seigneur allèrent se mettre devant le peuple.

12. Les plus braves d'entre les enfants de Ruben et de Gad et ceux de la demi-tribu de Manassé allèrent aussi en armes devant les enfants d'Israël, selon que Moïse le leur avait ordonné ;

13. Et ces braves, au nombre de quarante mille combattants, marchaient sous leurs enseignes en diverses bandes, au travers de la plaine et des terres dépendantes de la ville de Jéricho.

14. En ce jour-là le Seigneur éleva beaucoup Josué devant tout Israël, afin qu'ils le respectassent comme ils avaient respecté Moïse pendant qu'il vivait.

15. Et le Seigneur avait dit à Josué : Quand tout le peuple aura passé,

16. Ordonnez aux prêtres qui portent l'arche de l'alliance de sortir du Jourdain.

17. Josué leur donna donc cet ordre, leur disant : Sortez du Jourdain dès que tout le peuple sera passé.

18. Et les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance du Seigneur étant sortis du fleuve, et ayant commencé de marcher sur la terre seche, les eaux du Jourdain revinrent dans leur lit, et coulèrent comme auparavant.

19. Or, le peuple sortit du Jourdain le dixième jour du premier mois, et ils campèrent à Galgal, vers le côté de l'orient de la ville de Jéricho.

20. Josué mit aussi à Galgal les douze pierres qui avaient été prises du fond du Jourdain ;

21. Et il dit aux enfants d'Israël : Quand vos enfants interrogueront un jour leurs pères, et leur diront : Que signifient ces pierres ?

22. Vous le leur apprendrez, et vous leur direz : Israël a passé à pied sec au travers du lit du Jourdain,

23. Le Seigneur votre Dieu en ayant séché